



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

Anno Secundo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

dicitæ Congregationis Silvestrinorum etiam jumento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & conuentuinibus; privilegiis quoque, Indulis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficiente expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specia liter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptris, seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constitute munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique locorum habetur, quæ ipsis præsentibus haberetur si forent exhibita, vel ostense.

Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. V. Octobris MDCXC, Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXIII.

Confirmatur Decretum Inn. XI. quo prohibetur Græcis quibuscumque pecunias quæstuarie.

Causa hujus Decreti fuit custodia locorum, & Terræ Sanctæ, de quibus vide Inn. XI. Const. ed. 1686. Apr. 30. Pont. 10. hujus Pont. Const. ed. 1689. Nov. 18. P. 1. & Const. ed. 1690. Nov. 10. P. 2.

Dat. 21. Oct.
1690. An. 2.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Decretum
prædictum.

Causa De-
creti.

Eius ex-
ecutio.

Alias emanavit a felicis re. Innocentio PP. XI. prædecessore nostro in Congregatione tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ fidei præpositorum coram ipso Innocentio prædecessore habita, Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: *Die 29. Januarii 1677. In generali Congregatione de Propaganda fide habita in Palatio Apostolico coram Sanctissimo D. Innocentio divina providentia PP. XI., ac Eminentissimis, & Reverendissimis Cardinalibus ejusdem Sacra Congregationis. Decretum ne permittatur Græcis cujuscumque status, & conditionis &c. pecunias quæstuarie, vel quovis alio modo eleemosynas petere.*

§. 1. Cum Sancta loca Hierosolymitana, in quibus verbum caro factum est, & nostræ reparations Mysteria, Deo miserante, completa sunt, hactenus administrationi, & custodia Fratribus Sancti Francisci de Observantia a S. Sede Apostolica commissa nuperrimis hisce diebus a Græcis Schismaticis, subornatis Aula Turcica Ministris de manu dictorum Fratrum Sancti Francisci summo Latinorum dedecore usurpata sunt, iis præcipue subsidiis, quæ ex fidelium Christianorum eleemosynis iidem Græci perperunt: ut huic sceleri modus imponatur, neve ex fidelium pietate Schismaticis, & perpetuis Ecclesiæ Romanae hostibus aditus ad novas cumulandas injurias aperiat, Sanctissimus D. N. Innocentius PP. XI. suorum prædecessorum Summorum Pontificum vestigis inhærendo, etiam de consilio, & voto Eminentissimorum DD. S. R. E. Cardinalium de fide Propaganda præpositorum, omnibus, & quibuscumque S. R. E. Cardinalibus a latere Legatis, Nuntiis Apostolicis, Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, Episcopis, Abbatibus, ceterisque omnibus ordinariis de utroque Clero Sacerulari, & Regulari, Ecclesiastica Jurisdictionem, tam ordinariam, quam delegatam in suis Jurisdictionibus, sive Diœcesibus respective exercentibus in virtute Sanctæ Obedientiæ injungit, atque inhibet, ne de cætero quibuscumque Græcis tam Sacerularibus, quam Ecclesiasticis, etiam Regulari-

ribus, quacumque dignitate, quamvis Abatiali, seu Archimandritali, Episcopali, Metropolitica, Archiepiscopali, sive Patriarchali fulgentibus, ratiæ, vel expresse sub quocumque prætextu permittant pecunias quæstuarie, vel quovis alio modo eleemosynas a fidelibus petere, etiam si de eorum unione cum Ecclesia Latina per abjurationem Schismatis, & fidei Catholice professionem in manibus Episcoporum, vel Inquisitorum contra haereticam pravitatem literis testimonialibus docuerint, vel per alios Episcopos, & locorum ordinarios similis quæstuationis facultates in scriptis acceperint, vel ad fidem de novo converti, aliorum Schismaticorum iram, & infidias effugere conati sint, vel ad effectum reparandi Ecclesias ab Infidelibus diratas, & non obstantibus aliis quibuscumque prætextibus, & causis: imo potius omnes, & singulas literas patentales a quocumque Præsule etiam speciali nota digne, & a Tribunalibus Curiae Romanae, & ejusdem Sacra Congregationis de fide Propaganda, dummodo contentis in præsenti Decreto specialiter, & expresse non fuerit derogatum cum posteriori data, statim ac in eorum Ordinariorum manus pervenient, ad Sacram de fide Propaganda Congregationem transmittant. Et ne contra præmissorum omnium observantiam allegari possit futuris temporibus ignorantia, eadem Sanctitas sua de confilio eorumdem S. R. E. Cardinalium voluit, ut huic Decreto, aut etiam literis ad ejus formam expeditis, seu expediendis, sive scriptis, sive impressis, ab ejusdem tamen S. Congregationis Praefecto signatis, sigilloque solito munitis, fides eadem adhibetur, quæ ipsis originalibus præstaretur: Non obstantibus quibuscumque. Datum Roma die 4. Februarii 1677. P. Cardinalis de Alterius Praefectus: loco + sigilli V. Cerrus Secretarius.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus filius Bernardus Josephus a Jesu Maria Frater expresse profensus Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, & Tribunalis S. Inquisitionis Qualificator, nec non charifimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholicæ concionator, ac Commissarius, & Procurator Generalis in Romana Curia totius familiæ Terra Sanctæ nobis nuper exponi fecit, firmiora sint ea, quibus iterata accedit Apostolicæ Sedis auctoritas: Nobis propterea dictus Bernardus Josephus humiliter supplicari fecit, ut Decretum hujusmodi Apostolica Confirmationis nostre patrocinio communire de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nosigitur ipsum Bernardum Josephum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliquæ Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latere, si quibus quomodolibet innotatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Decretum præfertum a memorato Innocentio Prædecessore editum, ut præfertur, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac innovamus, illiciique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adiiciimus.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integras effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: siveque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauñarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non

Preces
Commissarius
Terra S. Min.
de Oberty.

Confirmatio
relati De-
creti.

Clausulæ.

ANNO
1690.

ALEXANDER OCTAVUS.

63

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non quibusvis etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmate alia roboretur statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu aliquis Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in Judicio, quam extra illud habeatur, qua ipsi præsentibus haberetur si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XXI. Octobris MDCXC. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XXIV.

Confirmatur, & innovatur Constitutio Urbani VIII. approbans Constitutiones contra occupantes, vel ad alios usus convertentes bona Locorum Terræ Sanctæ.

De hujusmodi locis vide Const. ed. 1690. Octob. 21. Pont. 2. & Inn. XII. Const. ed. 1695. Febr. 24. Pont. 5.

Dat. 10. Nov.
1690. An. 2.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

EX injuncto nobis cælitus Apostolicæ servitutis munere illa, quæ a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris pro fideliborum ad sacra loca spectantium conservatione pè, provideque emanasse noscuntur, ut solidiori robore perrennent, Apostolici munimini nostri præsidio, cum id a nobis petitur, libenter constabilius.

§. 1. Dudum siquidem fel. rec. Urbanus PP. VIII. prædecessor noster piorum locorum tam in Civitate Hierusalem, "quam extra eam in tora Terra Sanctæ existentium indemnitas consulere volens, re. me. Sixti V. & Pauli etiam V., ac Gregorii XV. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, tunc suorum in simili forma Brevis literas super prohibitione quibusvis personis facta sub excommunicationis Majoris lata sententia pena, ne quavis bona ad loca præfata spectantia indebita apud se retinerent, vel in alios usus, etiam quantumvis pios, & urgentes converterent, vel alias quoquo modo diffringarent, emanatas auctoritate Apostolica confirmavit, & approbavit; & nihilominus omnibus, & singulis utriusque sexus personis cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis in virtute Sanctæ Obedientiae, ac sub eadem excommunicationis majoris lata sententiae pena, a qua non nisi ab eo, vel Romano Pontifice pro tempore existente præterquam in mortis articulo absolví possent, districte præcepit, & mandavit, ne de cetero cuiusvis generis bona ad loca hujusmodi spectantia quovis praetextu, causa, vel occasione apud se retinere auderent, seu præsumerent, sed illa eisdem locis seu illorum Agentibus realiter, & cum effetu restituerent, & alias, prout uberioris continetur in ipsius Urbani Prædecessoris litteris desuper in eadem forma Brevis expeditis, tenoris, qui sequitur, videlicet: Urbanus PP. VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Alias (reliqua vide

Summa Constitutionis Urbani VIII. confirmans illas Sixti V., Pauli V., & Greg. XV.

suo loco) Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 18. Junii 1644. Pontificatus nostri anno vigesimo primo. M. A. Marialdus.

§. 2. Cum autem sicut dilectus alius Bernardus Josephus a Jesu Maria fr. expresse professus Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, ac Charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici Concionator, nec non Tribunalis Sanctæ Inquisitionis Qualificator, ac Commissarius, & Procurator Generalis in Romana curia totius familie ejusdem Terræ Sanctæ nobis nuper exponi fecit in diversis Christiani orbis partibus plerique res, & bona ad loca hujusmodi spectantia non sine gravi animarum suarum pernicie, ac eorumdem locorum damno occupare minime timeant, ac proinde ipse Bernardus Josephus quo præfata Urbani Prædecessoris literæ exactius de cetero observentur, illas per nos confirmari, & innovati plurimi desideret: Nos piis ejusdem Bernardi Josephi votis hac in re quantum cum Domino possumus, benigne annuere, ipsumque Bernardum Josephum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiastici sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latet si quibus quomodolibet innovatus extitit ad effectum præsentium dumtaxat conleendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præsertas Urbani prædecessoris literas, omniaque, & singula in eis contenta, dicta auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac innovamus, illisque inviolabilis Apostolice firmitatis robur adjicimus.

§. 3. Decernentes pariter ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suolque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter, & inconcusse observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiiri debere; ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ in præsertim Urbani Prædecessoris literis concessa sunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu aliquis Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate Constituta munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud habeatur, qua haberetur ipsi præsentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die X. Novembbris MDCXC. Pontificatus nostri Anno Secundo.

ANNO

1690.

excommunicationis majoris Pontifici reservata.

Preces Commissarii, & Proc. gen. Minor. de Obs. Terræ S.

Confirmatio, & innovatio relata Constitutionis Urbani VIII.

Clausulæ.

XXV.

Dat. 14. Nov.
1690. An. 2.

Constitutio
Inn. XI. contra extrahen-

Eduntur quædam Ordinationes pro tutiori custodia librorum Capellæ Pontificie.

Exstat alia Ordinatio Innoc. XI. Constitut. ed. 1687. Octob. 15. Pont. 12. & Inn. XII. Const. ed. 1699. Julii 16. Pont. 9. confirmantur quædam Decreta.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Col. legium, & Cantores Capellæ nostræ, quod

alias

Constitutio
Urbani VIII.
contra occu-
pantes dd. bo-
na sub poena

Bullarii Rom. Contin. Pars VI.

F 2

alias

1690.
tes libros ex
Capella Ar-
chivio.

Item Moni-
toriorum con-
tra occupan-
tes, vel non
revelantes
bona d. Ca-
pella.

Preces Col-
legii, & Can-
torum.

Ordinatio-
nes pro tu-
tiori libro-
rum custo-
dia.

alias pro parte tunc existentis Magistri Collegii, & Cantorum hujusmodi fel. rec. Innocentio Papa XI. prædecessore nostro exposito, quod occasione Inventarii librorum musicalium ad dictam Capellam spectantium non ita pridem per ipsum confecti, plura dictorum librorum folia in quibus diversa Misericordia primordia descripta erant, seu etiam in quibus figuræ nonnullæ affabre, & singulari artificio depictæ reperiebantur, ac forsan integra volumina ex Archivio, seu custodia dictæ Capellæ in grave ejusdem Capellæ præjudicium temere sublata fuisse repertum fuerat: idem Innocentius prædecessor dictorum librorum conservationi consulere, necnon ejusmodi malis in posterum occurrere volens, ne de cetero quisquam quavis auctoritate, vel superioritate, aut officio fungens, libros musicales, quaterniones, chartas, & alia folia quæcumque sive impressa, sive manu scripta, tam etenim in Archivio, seu custodia hujusmodi pro servitio dictæ Capellæ collocata, donata, seu alias assignata, quam in posterum forsan collocanda, donanda & assignanda sub quovis quæsito colore, prætextu, ingenio, causa, ratione, & occasione præterquam ad effectum illos, seu illa ad supradictam Capellam pro usu Cantorum præfatorum deferendi ex Archivio, seu custodia hujusmodi extrahere, & asportare, seu ut extraherentur, & asportarentur permittere, aut consentire auderet, seu præsumeret, sub pena excommunicationis latæ sententiæ per contrafacientes eo ipso absque alia declaracione incurreret. Apostolica auctoritate interdixit, prohibuit, voluitque insuper, ut præfato usu finito libri prædicti in Archivio, seu custodia hujusmodi sub eadem excommunicationis pena illico reponerentur, & alias prout in ipsis Innocentii prædecessoris, de super in simili forma Brevis die 15. Octob. 1687. expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus uberioris continetur. Subinde vero cum ejusdem Innocentii prædecessoris ius contra scientes, & non revelantes, retinentes, occupantes, & non restituentes bona mobilia scripturas publicas, & privatas fidem tamen facientes, libros musicales, quaterniones, chartas, & alia folia impressa, sive manu scripta, Constitutiones, & Literas Apostolicas, diplomata, aliaque similia ad dictam Capellam spectantia quedam Monitoriales literæ pro restitutione, & revelatione respective rerum hujusmodi sub simili excommunicationis pena publicata fuissent, vigore earumdem literarum monitorialium plurimi libri musicales, diplomata, literæ Apostolicæ, Diaria, folia, aliaque similia restituta, ac reportata, & in Archivio, seu custodia hujusmodi collocata fuerunt.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, conversationi, & manutentioni librorum, aliarumque scripturarum hujusmodi sufficienter adhuc consultum minime reperiatur: Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur Capellæ præfata indemnati quantum Nobis ex alto conceditur, uberioris prospicere, ipsosque exponentes specialis favore gratiæ prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latet, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censemtes hujusmodi supplicationibus inclinati, ut Custos librorum pro tempore existens Capellæ præfata idoneam fidejussionem de libris hujusmodi alijis.

ve cuibusvis generis Scripturis ad eamdem Capellam spectantibus fideliter custodiendis, iisque successori suo in officio, sive ipsi Collegio Cantorum restituendis juxta morem Capellæ prædictæ præstare, necnon juramentum, tam de officio suo, juxta Apostolicas, & dictæ Capellæ Constitutiones diligenter exequendo, quam de primis dictis Innocentii prædecessoris literis inviolabilitatem observandis similiter emittere debet, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus. Præterea Magistrum, carterosque Collegii supradicti Officiales singulis annis per secreta suffragia de more eligendos eodem jurejurando adigi volumus. Ipso autem potissimum eorumdem Officialium electionis tempore, libros, & Scripturas hujusmodi cum suis respective inventariis conferri, factaque ejusmodi collatione, si quæ addenda fuerint, addi; ipsaque inventaria per eos, ad quos spectat, subscribi, iisque respective tradi, & consignari, eadem auctoritate harum serie præcipimus, & mandamus. Demum Archivii, seu custodiaz dictæ Capelle alteram clavem per custodem librorum, alteram per Magistrum, tertiam per Punctatorem pro tempore existentes Capellæ supradictæ fideliter retinendas esse, adeo ut nulli personæ cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, præminentiae, ac dignitatis existat ab eis claves ipsæ committi valeant, dicta auctoritate earumdem tenore præsentem decernimus, & ordinamus.

§. 3. Decerneret pariter eadem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, usque plenarios, & integras effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabilitatem observari: sique, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caußarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, & alios quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & corum cuiilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentare.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dictæ Capella, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia corroboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, etiam Cardinalibus Protectoriibus, & Cantoribus dictæ Capellæ, ac quibusvis aliis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriari derogatoriis, alijisque efficioribus, & insolitis clausulis, & Decretis, etiam irritan., & motu proprio, seu alias in contrarium præmissorum forsan quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa, non autem per Clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda fore, illorum tenores prætentibus pro plene, & sufficienter expressis, & forma in illis tradita pro servata habentes, illis alias in suo robre permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscat. die XIV. Novemb. MDCXC. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Con-

ANNO
1690.

ALEXANDER OCTAVUS.

XXVI.

Conceditur Indulgentia plen. perp. in Festo San-
ti Joannis a S. Facundo Ord. Eremitarum S.
Augustini.

Translata fuit alia Indulg. plen. perp. ab Innoc. XI.
Conf. ed. 1678. Mar. 4. Pont. 2. Et a Clem. XI.
Conf. ed. 1706. Jan. 21. Pont. 6. concessa fuit
similis Indulgen. Ecclesis Canon. Regul. S. Rus-
dicii Ordinis.

Dat. 29. Nov.
1690. An. 2.

ALEXANDER PAPÆ VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

R Edemotoris, & D. Nostri Iesu Christi qui
gloriosos saluberrimorum, que nobis reli-
quit exemplorum Señatores altis decoravit ho-
noribus, & celestis beatitudinis confortes effe-
cit, vices licet immeriti gerentes in terris spiri-
tualium munerum Thesauros, quorum Nobis
credita est dispensatio libenter erogamus, sicut
ad excitandam, & fovendam erga eosdem Bea-
tos Cœli incolas fideliūm devotionem salubriter
expedire in Domino arbitramur:

SS. albo ad-
scriptus fuit
S. Joannes ab
B. Ponti-
fice.

Concessio d.
Indulgentia
visitantibus
Ecclesiæ di-
fi Ordinis.

Clauſula.

S. 1. Cum itaque Nos nuper ad honorem
SSmæ, & individuæ Trinitatis, ad exaltationem
Catholicae Fidei, & Christianæ Religionis incre-
mentum de Venerabilium Fratrum S. R. E. Car-
dinalem, ac Patriarcharum, Archiepiscoporum,
& Episcoporum in Alma Urbe nostra tunc existen-
tium consilio, Beatum Joannem a Sancto
Facundo Ordinis Fratrum Eremitarum S. Aug-
ustini professorem, auctoritate Nobis a D. tradita
Sanctum esse decreverimus, & diffiniverimus, il-
lumque Sanctorum Catalogo solemni ritu ad-
scriperimus: hinc est quod nos ad augendam
fidelium religionem, & Animarum salutem co-
lestibus Ecclesiæ Thesauris pia charitate intenti,
ac de Omnipotens Dei misericordia, ac Beato-
rum Petri, & Pauli Apostolorum ejus aucto-
ritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus
Christi-fidelibus vere penitentibus, & Confessis,
ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex
Ecclesiæ quarumcumque Confraternitatum, Mo-
nastrorum, & Domorum Regularium, tam Fra-
trum, quam Monialium Ordinis prefati habentis
rectis, & in posterum quandocumque erigen-
dis, & ubicumque locorum existentibus die 22.
Junii Festo ejusdem S. Joannis a S. Facundo a pri-
mis Vesperis usque ad occasum solis Festi hujus-
modi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro
Christianorum Principum concordia, hæresum
extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exalta-
tione piis ad Deum preces effuderint, plenariam
omnium peccatorum suorum Indulgentiam, &
remissionem misericorditer in Domino concedi-
mus. Presentibus perpetuis futuris temporibus
valuturis.

S. 2. Volumus autem, ut ipsarum præsen-
tium Literarum transumptis, seu exemplis
etiam impressis manu aliquis Notarii publici
subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica
dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides
habetur, qua haberetur ipsis presentibus, si
forent exhibita, vel ostensa.

Datum Rome apud S. Mariam Majorem sub
Annulo Pisc. die XXIX. Novemb. MDCXC. Pon-
tificatus Nostri Anno Secundo.

XXVII.

Confirmatur particula Constitutionum FF. Min.
Conventualium circa familiam Conventus
XII. Apostolorum de Urbe.

Confirmata fuere quedam Decreta Cap. Gen. Conf.
ed. 1690. Apr. 5. Pont. 1., & Inn. XII. ed. 1696.
Jan. 20. Pont. 5., alia nonnulla Generales.

Bullarii Rom. Contin. Pars VI.

ANNO
1690.

Dat. 6. Dec.
1690. An. 2.

ALEXANDER PAPÆ VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Particula
Constitutio-
num.

CUM (sicut accepimus) per Constitutiones
Urbanas nuncupatas Ordinis Fratrum Mi-
norum S. Francisci Conventualium nuncupatu-
rum à fel. rec. Urbano PP. VIII. prædecessore
nostro confirmatas inter alia in caput sextum Re-
gule ejusdem S. Francisci Tit. 6., cuius est haec
inscriptio ~ *De Conventu Sanctorum Duodecim
Apostolorum de Urbe* ~ dispositum reperiatur in
haec verba ~ *Romanus Sanctorum duodecim Apo-
stolorum Conventus peculiari providentia, Sancta
Reformationis disciplina, Sacrorum studiorum pro-
pagatione, divinarum rerum obsequio, ac temporalis
administrationis cura, quam diligentissime regendus
est, statim propterea, ut ex quibuscumque, tam
ultra, quam citra Montes Provinciis Patres, &
Frates, qui vita integrata, morum compositione,
ac sapientia inter ceteros conspicui sint, ibi de fa-
milia collocentur; sint tamen ad superiorum arbi-
trium amovibiles; inutiles vero Frates a Generali
Ministro omnino removeantur. Sint vero ea vita in-
nocentia, eaque puritate conspicui, ut nec Prelatu-
ras ambitione preventionis titulo, nec aliud quid-
quam, quod Religiosos viros dedebeat, ullo patto per-
quire, vel attentare presumant. Præmissa vero
tameſci saluberrime fuerint instituta, & ordinata
consilio, nihilominus non ita exacte, & accurate
ut par est obſerventur: Hinc est quod Nos
eadem præmissa prospero, felique dicti Conven-
tus regimini, & gubernio apprime conducibilis
esse, & fore confiderantes, ac proinde perpetuo il-
lorum robori, & inviolabili obſervationi, & ne ea
in posterum ullo modo convelli, vel labefactari pos-
ſint, pro commissa Nobis celitus Pastoralis Officii
cura præcidere cipientes, Motu proprio, ac ex cer-
ta scientia, & matura deliberatione nostris, deque
Apostolica potestatis plenitudine, eadem præmissa
ex memoratis Constitutionibus excerpta tenore
præsentium perpetuo confirmamus, & approba-
mus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis ro-
bur adjicimus, ac ea omnia, & singula ab illis, ad
quos spectat, & pro tempore quandocumque spe-
ctabit, inviolabiliter, & inconcussè de cætero obſer-
vari mandamus, & præcipimus, illaque aduersus
quemcumque non usum, seu contrarium usum,
qui quovis modo prætendi, vel allegari posset, re-
ſtituimus, & plenarie reintegramus.*

Caſa Con-
firmationis.

S. 1. Decernentes easdem præsentes literas
semper firmas, validas, & efficaces existere, &
fore, suosque plenarios, & integros effectus sorti-
ri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro
tempore spectabit, plenissime suffragari, nec de
subreptionis, vel obrepotionis, aut nullitatis vi-
tio, seu intereste habentium confensus, aliove
quolibet etiam quantumvis magno, & substi-
tiali defectu notari, impugnari, infringi, retrac-
tari, seu ad terminos juris reduci, vel in contro-
versiam vocari, aut aduersus illas aperitionis oris,
restitutionis in integrum, aliudve quodcumque ju-
ris, facti, vel gratia remedium intentari, vel impetra-
ri, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudi-
ne paribus conceitto, vel emanato quempiam in Ju-
dicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse.

S. 2. Sicque, & non aliter in præmissis per quof-
cumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam
Caſarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Car-
dinales, & alios quoslibet quacumque præ-
minentia, & potestate fungentes, & functuros, subla-
ta eis, & eorum cuilibet quavis alteri judicandi, &
interpretandi facultate, & auctoritate, judicari,
& definiti debere; ac irritum, & inane, si se-
cus super his a quoquam quavis auctoritate scien-
ter, vel ignoranter contigerit attentari. Nec
ipsi præsentibus literis unquam derogari posse,
aut derogatum censeri per quacumque Literas

Clauſula.

Confirmatio
d. particula
motu pro-
prio edita.

Apostolicas non facientes specificam, & individuam de eisdem praesentibus literis mentionem.

S. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Conventus, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariai quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die VI. Decembbris MDCXC. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XXVIII.

Dat. 24. Aug.
1690. An. 1.

Condemnantur duæ theses, seu propositiones, una tamquam heretica, altera tamquam scandalosa, temeraria, & piarum aurium offensiva.

Feria v. die 24. Augusti 1690.

Exordium.

In Congregatione Generali Sanctæ Romanae, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Quirinali coram Sanctiss. D. Nostro Alexander Divina Providentia Papa VIII., ac Eminentiss. & Reverendiss. Dominis S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra Hereticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus a S. Sede Apostolica specialiter deputatis.

Sanctissimus D. N. ALEXANDER PP. VIII. non sine magno animi sui meroe audivit duas Theses, seu Propositiones, unam denuo, & in majorem Fidelium perniciem suscitari, alteram de novo erumpere; Et cum sui Pastoralis officii munus sit, oves sibi creditas a noxiis pascuis avertere, & ad salutaria semper dirigere, dictarum Thesem, sive Propositionum examen pluribus in Sacra Theologia Magistris, ac deinde Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis Cardinalibus contra hereticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus sedulo commisit, qui plures, & mature discussis infra scriptis Thesibus, seu Propositionibus super unaquaque ipsarum sua suffragia Sanctitati Suæ singillatim exposuerunt.

Propositiones condemnatae.

I. Bonitas objectiva consistit in convenientia objecti cum natura rationali: Formalis vero in conformitate actus cum regula morum: Ad hoc sufficit, ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretativè: Hunc Homo non tenetur amare, neque in principio, neque in decursu vita sua moralis.

II. Peccatum Philosophicum, seu morale est actus humanus disconveniens natura rationali, & recte rationi. Theologicum vero, & mortale est transgressio libera divinae legis. Philosophicum quantumvis grave in illo, qui Deum, vel ignorat, vel deo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensa Dei, neque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque æternam penam dignum.

Quibus peractis, Sanctissimus omnibus plene, & mature consideratis, primam Thesem, seu Propositionem declaravit hereticam, & uti talem damnandam, & prohibendam esse, sicuti damnat, & prohibet sub censuris, & penitentiis contra Hæreticos, & eorum factores in jure expressis; Secundam Thesem, seu Propositionem declaravit scandalosam, temerariam, piarum au-

rium offensivam, & erroneam, & uti talem damnandam, & prohibendam esse, sicuti damnat, & prohibet, ita ut quicunque illam docuerit, defendenter, ediderit, aut de ea etiam disputeraverit publice, seu privatim tractaverit nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, a qua non possit (praterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgere, nisi a pro tempore existente Romano Pontifice absolvi. Insuper districte in virtute Sanctæ Obedientie, & sub interminatio-ne Divini Judicij prohibet omnibus Christifidelibus, cujuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne predictam Thesim, seu Propositionem ad praxim deducant.

Alexander Speronus S. Romanae, & Universalis Inquisitionis Not.

Loco + Sigilli.

Die 24. Augusti 1690. supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, Cancel. Apost., in Acie Campi Flora, ac in aliis locis solitis, & confutis Urbis, per me Franciscum Petrum D. N. PP., & Sma Inquisit. Curs.

Triginta, & una Propositiones tamquam temerariae, scandalosæ, male sonantes, injuriosæ, heretici proximæ, heresim sapientes, erroneæ, schismatica, hereticae respective damnantur, & prohibentur, easque vel docere, vel defendere tam publice, quam privatim sub pena excommunicationis interdicitur.

Feria v. die 7. Decembbris 1690.

XXIX.

Dat. 7. Dec.
1690. An. 2.

In Congregatione Generali Sanctæ Romanae, & Universalis Inquisitionis in Palatio Apostolico Quirinali coram Sanctiss. D. N. Alexandro Divina Providentia Papa VIII., ac Emis, & Rmis Dominis S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hereticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus a Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

Sanctissimus D. N. ALEXANDER Divina Providentia PP. VIII. predictus: Pro Pastorali cura ovium a Christo Domino sibi commissa de earum salute sollicitus, ut inoffenso gradu per rectas feminas possint incedere, & pacua nimium perniciose in pravis doctrinis exhibita vitare, unius supra triginta Propositionum examen pluribus in Sacra Theologia Magistris, & deinde Emis, ac Rmis Dominis Cardinalibus contra hereticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus commisit, qui tantum negotium diligenter aggressi, eique sedulo, ac plures incumbentes, super unaquaque ipsarum sua suffragia Sanctitati Suæ singillatim detulerunt.

Propositiones autem sunt infra scriptæ videlicet.

I. In statu naturæ lapsæ ad peccatum formale, & demeritum sufficit illa libertas, qua voluntarium, ac liberum fuit in causa sua, peccato originali, & libertate Adami peccantis.

II. Tametsi detur ignorantia invincibilis juris naturæ, haec in statu naturæ lapsæ operantem ex ipsa, non excusat a peccato mortali.

III. Non licet sequi opinionem, vel inter probabiles probabilissimam.

IV. Dedit semetipsum pro nobis oblationem Deo, non pro solis Electis, sed pro omnibus & solis Fidelibus.

V. Pagani, Judei, Hæretici, aliqui hujus generis nullum omnino accipiunt a Jesu Christo influxum, adeoque hinc recte inferes in illis esse voluntatem nudam, & inertem, sine omni gratia sufficienti.

VI. Gra-

VI. *Gratia sufficiens statui nostro, non tam utilis, quam pernicioſa eſt, ſic ut proinde merito poſſimus petere, A gratia ſufficienti: libera nos Domine.*

VII. *Omnis humana actio deliberata eſt Dei dilectio, vel mundi: fi Dei, Charitas Patris eſt; fi Mundi, concupiſcentia carnis, hoc eſt, mala eſt.*

VIII. *Neceſſe eſt infidelem in omni opere peccare.*

IX. *Re vera peccat qui odio habet peccatum mere ob ejus turpitudinem, & diſconvenientiam cum natura rationali, ſine ullo ad Deum offendit reſpectu.*

X. *Intentio, qua quis deteſtatur malum, & prosequitur bonum, mere ut Cœleſtem obtineat gloriā, non eſt recta, nec Deo placens.*

XI. *Omne, quod non eſt ex Fide Christiana ſupernaturali, qua per dilectionem operatur, peccatum eſt.*

XII. *Quando in magnis peccatoribus deficit omnis amor, deficit etiam Fides, & etiamſi videantur credere, non eſt Fides Divina, ſed humana.*

XIII. *Quisquis etiam eternæ mercedis intuitu Deo famulari, charitate ſi caruerit, vitio non caret, quoties intuitu licet beatitudinis operatur.*

XIV. *Timor gehennæ non eſt ſupernaturalis.*

XV. *Attritio, qua gehennæ, & pœnarum metu concipitur, ſine dilectione benevolentia Dei propter ſe, non eſt bonus morus, ac ſupernaturalis.*

XVI. *Ordinem p̄mittendi ſatisfactionem abſolutioni, induxit, non politia, aut institutio Ecclesiæ, ſed ipa Chriſti lex, & præscriptio, natura rei id ipsum quodammodo dictante.*

XVII. *Per illam præmixtum mox abſolvendi, ordo penitentia eft inverſus.*

XVIII. *Confuetudo moderna quoad administrationem Sacramenti Pœnitentia, etiamſi eam plurimorum hominum ſuſtent auctoritas, & multi temporis diuturnitas conſirmet, nihilominus ab Ecclesia non habetur pro uſu, ſed abuſu.*

XIX. *Homo debet agere tota vita pœnitentiam pro peccato originali.*

XX. *Confessiones apud Religiosos factæ, plerique, vel sacrilegæ ſunt, vel invalidæ.*

XXI. *Parochianus potest fuſpicari de Mendicantibus, qui eleemosynis communibus vivunt, de imponenda nimis levi, & incongrua pœnitentia, ſeu ſatisfactione, ob quæſum, ſeu lucrum ſubſidi temporalis.*

XXII. *Sacrilegi ſunt iudicandi, qui juſ ad Communionem percipliendam p̄tendunt, antequam condignam de deiſiſ ſuis pœnitentiam egerint.*

XXIII. *Similiter arcendi ſunt a Sacra Communione, quibus nondum inest Amor Dei purissimus, & omnis mixtionis expers.*

XXIV. *Oblatio in Templo, quaſiebat a B. Virginē MARIA in die Purificationis ſue per duos Pullos Columbarum, unum in holocaustū & alterum pro peccatis, ſufficienter teſtantur, quoſ indiguerit purificatione, & quod filius, qui offerebatur, etiam macula matris maculatus eſtet, ſecundum verba legiſ.*

XXV. *Dei Patris ſedentis Simulacrum nefas eft Christiano in Templo collocare.*

XXVI. *Laus, quaſ defertur Mariæ, ut Mariae vana eft.*

XXVII. *Valuit aliquando Baptiſmus ſub hac forma collatus, In nomine Patris, &c. prætermiſis illis, Ego te baptizo.*

XXVIII. *Valeſt Baptiſmus collatus a Ministro, qui omnem ritum extermum, formamque Baptizandi obſervat, intus vero in corde ſuo apud ſe reſolvit. Non intendō facere, quod facit Ecclesia.*

XXIX. *Futilis, & toties convulſa eft aſſertio de Pontificis Romani ſupra Concilium Ecumenicum auctoritate, arque in Fidei quæſitionibus decernendis infallibilitate.*

XXX. *Ubi quis invenerit doctrinam in Augustino clare fundatam, illam absolute poſſet tenere, & docere, non respiciendo ad illam Pontificis Bullam.*

XXXI. *Bulla Urbani VIII. In eminenti, eſt ſub-reptitia.*

Quibus maturè conſideratis idem Sanctissimus ſtatuit, & decrevit XXXI. Propositiones tamquam temerarias, ſcandalofas, male ſonantes, injurias, hæresi proximas, hæresim ſapientes, erroneous, ſchismaticas, & hæreticas reſpective, eſte dannandas, & prohibendas, ſicut eam damnat, & prohibet, itaut quicunque illas, aut coniunctim, aut diuſim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam diſputative, publice, aut privatim traſaverit, niſi forfan impugnando, ipſo facto incidat in excommunicationem, a qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, niſi a pro tempore exiſtente Romano Pontifice absolvi.

Inſuper diſtriſte in virtute Sanctæ Obedientie, & ſub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Christifidelibus, cuiuscumque conditionis, dignitatis, & ſtatus, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota digniſ, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad præmixtum deducant.

Non intendit tamen Sanctitas Sua per hoc decretum alias Propositiones in majori numero ultra ſupradictas XXXI. jam exhibitas, & in hoc Decreto non exprefſas approbare.

Alexander Speronus S. Romane, & Universaliſis Inquisitionis Not.

Loco + Sigilli.

Confirmantur, innovantur, declarantur, & ampliantur Constitutiones Inn. XI. aliorumque contra ſurripientes, vel retinentes Hostiam conſecratam.

Dicitur Innoc. XI. Constitut. ed. fuit 1677. Mar. 29. Pont. 1.

ALEXANDER EPISCOPUS

XXX.

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Dat. 22. Dec.
1690. An. 2.

CUM alias a fel. recor. Innocentio Papa XI. prædeceſſore noſtro emanaverint Literæ tenoris. INNOCENTIUS Episcopus Servus Servorum Dei, Ad perp. rei menor. Ad noſtri Apoſtolatus auditum (Reliqua vide ſuſ loco). Datum Roma apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominice millesimo ſexcentesimo ſeptuagesimo ſexto quarto idu Martii Pontif. Noſtri Anno Primo.

§. 1. Hinc eft, quod Noſ tam execrandum feciliſ, ac nefariam temeritatē, quantum in Nobis eft, cohibere, & propterea preiſertam, & quacumque alias tam Sacrorum Canonum, quam aliorum Romanorum Pontificum pariter prædeceſſorum Noſtrorum Constitutiones, & Ordinationes favorē Fidei Catholicae, ac Officii Sanctæ Inquisitionis in præmissis, & circa ea quomodo libet emanatas conſirmare, & reſpective declarare, ampliare, & extendere volentes, Motu proprio non ad alicuius ſuper hoc oblatæ petitionis instantiam, ſed ex mera Scientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolice potefatis plenitudine, ac de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana aduersus hæreticam pravitatē Generalium Inquitorum a Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter depuratorum conſilio, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutionē, preiſertas Literas d. Innocentii prædeceſſoris, necnon prædictas Constitutiones, & Ordinationes, omniaque, & ſingula in eis contenta, & expreſſa, quorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertiſ haberi volumus, earumdem tenore præſentum perpetuo conſirmamus, & approbamus, & innovamus, eaſque inviola-

Conſtitu-
tio Inn. XI.

Episcopus Pon-
tificis in hac
Conf.

Conſirma-
tio, & inno-
vatio præd.
Conſtitu-
tio-
nem motu
proprio edi-
ta.

Declaratio
& ampliatio
earumdem.
Nulla ex
cipiuntur
personæ.

Cognitio
hujus sceleris
privative
pertinet ad S.
Inquisitio
nem.

Compre
henduntur
etiam per se,
vel de man
dato retinen
tes, vel alio
transfere
ntes Hostias.

Clausulae.

biliter, & inconcussè servari volumus, & man
damus.

S. 2. Et nihilominus omnes quascumque, &
singulas personas, tam Sæculares, quam Ecclesia
sticas, etiam Regulares cujuscumque Dignitatis,
status, gradus, Ordinis, Congregationis, Socie
tatis, & Instituti, etiam Societas Iesu, & Sancti
Joannis Hierosolymitani, quibuscumque privile
giis, exemptionibus, & Indultis, etiam in corpo
re juris clausis munitas, & suffultas, speciali, ac
etiam specialissima nota dignas, & eas, quæ nomi
natim, & individualiter exprimi debent; neque
aliter, quam sub prescripto certæ formæ in gene
ralibus, aut specialibus Constitutionibus includi,
& comprehendendi possunt, ac solent, nulla proorsus
excepta, sub præinferta Innocentii prædecessoris
Constitutione predicta comprehensas, & si quas
ex eis pro tempore atrocissimi hujus criminis Reos
esset constiterit, has omnibus, & singulis, tum anti
quis, tum in dicta præinferta Innocentii præde
cessoris Constitutione innovatis, etiam quod Ec
clesiasticos degradationis realis, & traditionis bra
chio Sæculari penitus omnino, & irremissibiliter
obnoxias fuisse, & esse, cognitionemque prædicti
sceleris contra eas ad Ordinarios Ecclesiasticos, &
ad Inquisidores contra haereticam pravitatem, qui
juxta hujus nostræ, & aliarum quarumcumque ad
favorem Fidei, & Officii Sanctæ Inquisitionis hu
jusmodi Constitutionum editarum formam, &
tenorem procedere valeant, ac debeant privative
quoad alios quoscumque, spectacuisse ac spectare,
motu, scientia, deliberatione, potestatis plenitu
dine, & consilio pariter tenore præsentium decla
ramus, statuimus, atque decernimus.

S. 3. Insuper hac eadem Nostra perpetuo va
litura Constitutione iisdem motu, scientia, deli
beratione, potestatis plenitude, & consilio, me
moratam præinfertam dicti Innocentii Prædecessoris
Constitutionem cum declarationibus, ac dis
positionibus prædictis, omnibusque, & singulis su
perius expressis, & contentis, contra quoscumque,
five Sæculares, five Ecclesiasticos, etiam Re
gulares, ut præferrur, expressos, qui dictas Ho
stias, vel particulas consecratas quocumque mo
do, etiam sive qualitate furti per se ipsos, vel alios
quoscumque, aut de alterius mandato habuerint,
seu retinuerint, vel alio transferre, seu transpor
tare præsumperint, super quibus stari volumus
judicio, & interpretationi prætorum venerabili
um Fratum Nostrorum S. R. E. Cardinalium In
quisitorum, quibus pariter cognitionem super
prædictis reservamus juxta casuum, & personarum
circumstantias, & qualitates cum iisdem penitus,
etiam traditionis brachio sacerulari, earundem te
nore præsentium ampliamus, & extendimus.

S. 4. Non obstantibus omnibus, & singulis illis,
quæ memoratus Innocentius Prædecessor in
suis Literis præinfertis voluit non obstat, ceteris
que contraria quibuscumque.

S. 5. Volumus autem, quod præsentes Literæ,
postquam ad valvas Ecclesia Lateranen., ac Basili
ce Principis Apostolorum de Urbe, nec non Cancellariae Apostolicæ, & in Acie Campi Flora
per aliquem ex nostris Curforibus, ut moris est,
publicatae, & affixaæ fuerint, omnes, & singulos,
quos concernunt, ac concernent in futurum, pe
rinde affiant, & arcent, ac si unicuique illorum
personaliter intimata, & notificata fuissent, quod
que illarum transumptis sive exemplis, etiam im
pressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis,
& sigillo persona in dignitate Ecclesiastica consti
tuta munitis, eadem proorsus tam in Judicio,
quam extra illud ubique locorum fides adhibeatur,
quæ ipsimet præsentibus adhiberetur, si
ostensa, & exhibita forent.

S. 6. Nulli ergo omnino hominum licet pa
ginam hanc Nostrarum Confirmationis, approba
tionis, innovationis, voluntatis, mandati, decla
rationis, statuti, Decreti, reservationis, amplia
tionis, & extensionis infringere, vel ei ausu tem
pore contrarie; si quis autem hoc attentare præ
sumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac
Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se no
verit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem
Anno Incarnationis Domini millesimo sexcen
tesimo nonagesimo, XI. Kal. Januarii Pontificatus
Nostri Anno Secundo.

Confirmantur quædam Decreta Capituli Genera
lis Ord. Servorum B. M. V.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Militantis Ecclesiæ regimini per abundantiam
divina bonitatis, nullo licet meritorum no
strorum suffragio, præpositi, illa quæ pro felici,
prospero Religioforum Ordinum in Ecclesia
Dei pie, sancteque institutorum, ac uberes bo
norum operum fructus, aspirante superni favori
auxilio proferre jugiter fatagendum gubernio,
& progressu, provide, sapienterque constituta, &
ordinata esse noscuntur, ut firma, semper, atque
inviolata persistant, libenter cum id a nobis pet
itur, Apostolici muniminis nostri præsidio cons
tabilimus.

S. 1. Exponi siquidem nobis nuper fecit dile
ctus filius Prior Generalis Ordinis Fratrum Servo
rum Beatae Mariae Virginis, quod in Capitulo Ge
nerali dicti Ordinis, quod novissime, videlicet
Mense Aprili proxime præterito in hac alma urbe
celebratum fuit, pro felici ipsius Ordinis, ejusque
Fratrum regimine, & directione, edita, & facta
fuerunt nonnulla Decreta tenoris qui sequitur,
videlicet:

Decreta Capituli Generalis Fratrum Ordinis
Servorum B. V. M. celebrati in Conventu
Santi Marcelli de Urbe die 30.
Mensis Aprilis Anni 1690.

Primum, quod Festum Septem Dolorum B. M.
V., quod ex Apostolica Sedi induito quolibet an
no tertia Dominica Septembri celebratur, ha
beatur tanquam festum principale nostri Ordinis,
in cuius honorem Sabbato immediate antecedenti
regulare Jejunium ab omnibus nostri Ordinis
Fratribus, & Sororibus sit observandum, ita ut
a nullo Superiori dispensari posit extra casum
necessitatis.

2. Priores Conventuum observari current cap.
19. nostrarum Constitutionum de vestibus, quod
si corrigeremus negligenter suos subditos pileos unifor
miter religiosos non deferentes, aut bireta feri
ca, chirothecas, vel pallia per Civitatem, vel quid
aureum aut argenteum suis in vestibus, aut manus
portantes, utraque voce careant in proxime
futuro Capitulo Provinciali: cui itidem pœna
subiicientur Priores, si Sacerdotes sine Scapulari Sacra
peragere, aut cum bireto sine amictu ad al
tare accedere, vel in sacris peragendis tunica bre
vi, scilicet itineraria uti permittant.

3. Quod omnes, & singuli, aut inter se, aut
cum sæcularibus ludos a legi prohibitos haben
tes, excommunicationem incurvant, reservata fa
cilitate absolutionis, juxta formam Constitu
tionum.

4. Quod Juvenes professi nullimode à conven
tibus in quibus est Novitiatu, aut Professatu ul
que ad annum vigescimum primum ætatis remo
veantur, qui pariter de idoneis Magistris ad lite
rariam eruditioem spectantibus subisdio honoro
rio a Capitulo Provinciali taxando, conducis, sint
provisi. Quod si contigerit aliquem Juvenem pro
fessum ob legitimam causam a Provinciali remo
vendum esse, talis Juvenis in alio Conventu, in
quo

ANNO
1690.
& 1691.

XXXI.
Dat. 13. Jan.
1691. An. 2.

Exordium.

Decreta
prædicta edi
ta fuere in
Capitulo ge
ner. 1690.

De Festo
B. M. V.

De Vestibus.

De Ludis.

De Professis.

ANNO
1690.

ALEXANDER OCTAVUS.

69 ANNO
1690.

quo vel Novitiatuſ, vel Professatuſ fit, de familiā affigetur, conſulto tamen priuſ Priorē Generali.

5. Si redditus Conventuum non ſint ſufficientes, ut in illis Juvenes profeffi alantur, tunc in Capitulo Provinciali decernantur ſubſidia, quibus in prædictis Conventibus Professatus iſtitui queat, & conſervari.

6. Item decrevere, ut Dietæ auferantur, & quod Priores Provincialium more durent per trienium, hoc tamen pacto, quod quolibet triennio a Generali, conſulto Provinciali, confirmationem perant, & obtineant. Quod ſi juſti de cauſis Generali illos conſirmare noluerit, tunc eligatur a Generali, Provinciali, & ſocio nouus Prior, qui perfeveret in officio uſque ad Capitulum Provinciali, eadem quolibet anno confirmatione a P. Generali obtentuſ. Priores autem qui de facto ſunt poſtquam per biennium ſuo fuerint officio perfuncti, illos Prior Generali, aut conſirmare, aut nouum Priorem, ſi expedire videbitur, eligere valeat uſque ad proximum futurum Capitulum Provinciali.

7. Mature conſiderantes Diffinitores, quomo- do in Provincia Corsica abuſus aboleri, ac Reli- giosi mores introduci poſſent, poſt reiteratas, ac diligenter diſcuſtas variaſ propositio-nes decrevere, quod quinque Conventus, qui ſunt in Corsica ag-gregentur quatuor alijs ſub dominio Januenium, & Duciſ Maſſa exiſtentibus, & ex illiſ nova eri- gatur Provincia, qua Genuenſis nominetur. Cæteri vero novemdecim Conventus, qui vel ſub Ducatu Sabaudia, vel aliorum Principum Dominio exiſtentes ad Provinciam Genuensem modo ſpectant, aliam efforment Provinciam, qua Pedemontana dicatur, dummodo tamen Conventus Taurinensis ſubſit oneri-bus, quibus ſuberat Conventus Genua- quoad contributiones.

8. Item perpendentes varia, & multa inconve- nientia, qua in Provincia Lombardia, ob Con- ventus ſub diverſorum Principum Dominio loca- tos contingent, ſtatueri, quod ex viginti quatuor Conventus, qui preſentem Lombardia Provin- ciam efficiunt, quatuordecim ſub Ducatu Mediola- neni exiſtentes, comprehenſo Conventu S. Joannis Baptiſta de Mandriſio in Ditione Helvetiorum, ſegregentur a ceteris, & recentem Provinciam ef- forment, qua Mediolanenſis vocetur; altera vero ex decem reliqui Conventus conſta, antiquam denomi- nationem retineat Provincia Lombardia.

9. Cum decem, & novem Conventus Provin- ciae Germaniae multum inter ſe ſint diſſi- ci, decre- vere, ut ex illiſ omnibus in proximo Capitulo Provinciali, duæ erigantur Provincia, qua di- viſio facienda ſit per Diffinitorem Generalem, Priorē Provincialē, Sociū, Diffinitores Provinciæ, & Diffinitores perpe- tuos, habitu tamen conſenſu P. Generali. Hujusmodi autem, & ſupra relata Provin- cia, quando erunt di- viſe, hunc Ordinem inter ſe ſervabunt, ut Provincia illa, in qua principalis Conventus ex Religioni annalibus apparet antiquior, aliam præcedet, ab eisque decernatur præ- cedentia.

10. Quod promovendi ad gradus poſſint pro- moveri ſive in Capitulo Provinciali ad formam Conſtitutionum, ſive in viſitationibus juxta Indul- tum Sa. Me. Clem. IX. In Conventibus tamen, in quibus ſtudium maius vigeat, ſilicet in Provincia Tuſciae in Conventu Sanctissimæ Annun- ciatae de Florentia: In Provincia Romana in Conventu San- ctæ Mariae Novæ de Perugia: In Provincia Roman- diola in Conventu Servorum Bononiae: In Pro- vicia Mediolanenſi in Conventu Servorum de Mediolo- no: In Provincia Lombardia in Conven- tu B. Virginis de Regio: In Provincia Terſina in Conventu Servorum Patavii: In Provincia Veneti- arum in Conventu Servorum de Venetiis: In Pro- vicia Mantuanæ, vel in Conventu S. Barnabe de Mantua, vel S. Georgij de Bononia: In Provincia

Genuenſi in Conventu Servorum Genua: In Pro- vicia Pedemontana in Conventu Sancti Primi de Papia: In Provincia Neapolitana in Conventu S. Mariæ Mergellinarum: In Provinciis vero Hispa- nica, & Gallica ad libitum Patris Generalis, cui promotioni intereffe poſſint, ſi velint, & qui ſunt Diffinitores perpetui, & qui ſunt, vel fuere Re- gentes.

11. Cum juſti de cauſis, nemo ex promoven- dis ad gradus in proxime elapsis Capitulis & Die- tis fuerit promotus, Diffinitores decretare, quod P. Generalis tempore viſitationis habenda in Con- ventu Sanctissimæ Annun- ciatae de Florentia poſſit illos promovere, & habeantur ac ſi promoti fuil- ſent in Capitulis, & Dietis proxime elapsis pro hac vice tantum.

12. Item quod obſeretur Decretum Capituli Generalis anni 1682, ne quis ſilicet Exprovinciali- um publice correcciōni Prioris ſubjiciatur, dum- modo tamen publice, & non provocatus Priori non insultet, & quod Exprovinciales præcedant ceteros Magiftri, qui non fuere Provincialis offi- cio perfungi. Exprovinciales verò inter ſe ſeruent ordinem promotionis ad Magiſterium, quibus privilegiis fruantur etiam, qui Theologiam vel alias ſcientias, in aliqua publica Universitate, vel ut Regentis in aliquo majori ſtudio per duodecim annos Theologiam profeffi fuerint, ſicut etiam qui Procuratoris Generalis officio fuere perfungi: Decretum autem in Capitulo Generali anni 1652, emanatum habetur ad verbum in Registro gene- rali lib. 12. fol. 2. n. 3. Provincialis &c.

13. Item decretum fuit, quod Procurator Or- dinis præcedat omnes Provincialies extra eorum Provincias exiſtentes, non vero in propria provincia.

14. Si in electionibus faciendis, contigerit duos ex propositis vota habuiffe paria ſupra medie- tam, tunc ad Presidentem Capituli ſpectet decer- nere, quiſnam illorum præferendus ſit; ſi verò nullus remaneat electus in Provinciali, tunc per tres vices termino duorum dierum faciendas, ite- rum fiat electio, quod ſi adhuc nullus remaneat electus, tunc Provinciam regat Diffinitor Genera- lis, donec P. Generalis Sanctam Sedem consulat, & conformiter ad ejus oraculum provideat.

15. Item, quod omnino ſeretur cap. 6. Conſtitutionum deſcrip. ad habitum. In caſu vero tran- gredionis Provincialibus, & Prioribus fuit impoſita poena privationis vocis activa, & paſſiva in futuro Capitulo Provinciali. Fratres verò alterius Reli- gionis profeffi neque ab ipſo Generali abſque con- ſenſu Capituli Provincialis recipi poſſint.

16. Placuit præfatum cap. 6. extenderi, quod ſilicet quilibet recipiendus ad habitum, habeat conſenſum Patrum Conventus illius Civitatis, vel loci, in qua natus eſt, vel Conventus vicinioris, ſi nullus Conventus ſit eo in loco, in quo eſt natus.

17. Cum Priores Conventuum iteratis vi- cibus magno Conventuum detrimento per notablem tem- pus a ſuis Conventibus abſeſſe audeant, Decretum fuit, ne quis illorum in posterum per iteratas vi- ces ultra mensem, vel aliud tempus notablem in anno ſine licentia ſui Provincialis abſeſſe poſſit ſub poena privationis ab officio juxta formam Conſtitutionum cap. 29.

18. Ad obviandum diſſentionibus hucusque oriſoliſ decretum eſt in Ecclesia S. Philippi de Tudero nullam in posterum ergendam eſſe So- ciatem ſecularium.

19. Item decretum fuit, quod P. Generalis cu- ram Annales Ordini continuandi alieni in Chro- nologicis perito demandet; ad cujus peti- tionem a noſtri Ordiniſ Conventibus transmittantur notitiae ad Religionem ſpectantes, qua in ipſorum archi- viſi reperiuntur.

20. Item conſiderantes Diffinitores quantum incommoda ſit viſitatio Conventus Sanctissimi Sal- vatoris de Monte Ferrato Provinciali Mantua, ut

De Expro- vincialibus, aliisque.

De Procu- ratore Ord.

De Elec- tionibus.

De reci- piendis ad habitum.

De residen- tia Priorum.

De Societate ſecu- larium.

De Anna- libus Ord.

De Con- ventu S. Sal- vatoris,

ferre

De Priori- bus.

De Provin- cia Corſica.

De Provin- cia Lombar- dia.

De Provin- cia Germa- nia.

De promo- vendis ad Gradus.

Præces Prioris Generalis.

ferè nunquam visiterit, decrevere quod in posterum præfatus Sancti Salvatoris Conventus ad Provinciam Pedemontanam, & illius loco ad Mantuanam Conventus Sancti Syri de Castro Noveto spectent; sicutque utrisque Provincialibus, commoda erit respective visitatio.

S. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dictus Prior Generalis Decreta hujusmodi, quippe ad conservandum & solidandum in Ordine prædicto regularis observantie vigorem eximie conducibilia, pro firmiori illorum subsistencia, exæctiorique observatione, Apostolicæ Confirmationis nostra patrocinio communiri summopere desidererit. Nos ipsius Prioris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuerit volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissimis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censemtes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, omnia, & singula Decreta præinserta, in eisque contenta quæcumque, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet interixerint, supplemus.

Confirmatio relatum Decretorum.

Clausulæ.

S. 3. Decernentes eadem præsentes literas, ac Decreta præinserta semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, usque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiter observari: sicutque in præmissis per quoquaque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si fecus super his a quoquaque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dicti Ordinis, aliisque quibusvis, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque Indulgis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanensuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

S. 5. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transtumbris, seu exemplis, etiam impressis manu aliquius Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipisis præsentibus haberetur si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XII. Januarii MDCXCI. Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXXII.

Conceditur Clericis Scholarum Piarum facultas emitendi Professionem ante biennium Novitiatum.

Conf. ed. 1690. Febr. 22. P. 1. eis concessa fuere calcei, & tibialia. Et a Clem. XI. Conf. ed. 1708.

Jun. 19. P. 8. Confirmatur eorum introductio in Civit. Albanen.

Dilecto filio nostro Gaspari S. R. E. Presbytero Cardinali Carpino nuncupato nostro in Alma Urbe Vicario in Spiritualibus Generali.

ALEXANDER PAPA VIII.

Dat. 23. Jan.
1691. An. 2.

Dilecte fili noſter Salutem, & Apoſtoli- cam Benedictionem.

*E*xponi Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Congregationis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, quod juxta dispositionem Constitutionum dictæ Congregationis auctoritate Apostolica confirmatarum Novitiatum Congregationis hujusmodi biennium Novitiatum ante professionis regularis emissionem peragere debeant.

A Conſtitutionibus bienniū Novitiatui affiguntur.

Cauſe prædictæ Conſessionis.

Preces Procuratoris Gener.

S. 1. Cum autem sicut eadem expositio subjunget, dicta Congregatio Religiosis, qui literatum studiis apprime instruti vacationis sua officiis erga proximos satisfaciant, plurimum indigeat, studia vero præfata in Dominibus Regularibus ipsius Congregationis Novitiatui hujusmodi agendo destinatis, in secundo ipsius Novitiatus anno, prout dictæ Constitutiones permittunt, attenta earundem Domorum paupertate, quippe quæ ex eleemosynis sustentantur, nequaquam peragi valeant, ac proinde idem Procurator Generalis opportunam Novitiatum supradictis facultatem ad professionem prefatam juxta formam a Concilio Tridentino Cap. XV. Sess. 25. de Regularibus præscriptam post unicum probationis annum, pro Superioris Generalis dictæ Congregationis pro tempore existentis arbitrio, emitendam, quemadmodum alias a nonnullis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris ad certum tunc expressum tempus concessa fuit, similiiter a nobis concedi summopere desidererit. Nos ipsius Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuerit volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissimis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censemtes supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii præfati Interpretum consilio, circumspectioni tua per præsentes commitimus, & mandamus, ut veris existentibus narratis petiram facultatem emitendi professionem regularem supradictam, peracto uno dumtaxat Novitiatu hujusmodi anno Clericis Novitiatum memoratæ Congregationis auctoritate nostra Apostolica pro suo arbitrio, & prudentia gratis impertiatis, salva tamen in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinallium.

Concessio præfata facultatis.

S. 2. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Congregationis Scholarum Piarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indulgis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanensuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIII. Jan. MDCXCI. Pontificatus nostri Anno Secundo.

INNO-